Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond) 103.

ARCHIWUM SAPIEHÓW Z KRASICZYNA

IX. RĘKOPISY I DRUKI.

837. Orationes variae cum supplemente Litaniarum excerptae. XVIII w.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ім. В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
ФОНД 103 (Сап)
ОПИС V-с
ОД. ЗБ. 837/V

ORATIONES
VARIÆ
CUM
SUPPLEMENTO
LITANIARUM
EXCERPTÆ



KRASICZYN

KRASICZYN Sapieha

Pater noster, qui es in cœlis,
sanctificetur nomen tuum: ad-
veniat regnum tuum: fiat
voluntas tua, sicut in cœlo &
in terra. Panem nostrum
quotidianum da nobis hodie
& dimitte nobis debita nostra
sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris: & ne nos in-
ducas in tentationem: sed li-
bera nos a malo. Amen.



Ave Maria, gratia plena:
Dominus tecum: benedicta
tu in mulieribus, & benedictus
fructus ventris tui Jesus.
Sancta Maria, mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc & in hora mortis nos-
træ. Amen.
Credo in Deum, Patrem
omnipotentem, creatorem
cœli & terræ: & in Jesum Chris-

tum, filium ejus unicum Do=
minum nostrum: qui concep=
tus est de Spiritu sancto,
natus ex Maria virgine,
passus sub Pontio Pilato,
crucifixus, mortuus, & sepul=
tus: descendit ad inferos: ter=
tia die resurrexit a mortuis:
ascendit ad cœlos, sedet ad
dexteram Dei Patris omni=
potentis: inde venturus est

judicare vivos & mortuos.
Credo in Spiritum sanctum,
sanctam ecclesiam catholicam,
sanctorum communionem,
remissionem peccatorum,
carnis resurrectionem, vitam
æternam. Amen.

Actus Fidei.

Prima & ineffabilis veritas
Deus meus qui nec falli
nec fallere potes captivo

meum intellectum in obse=
quium fidei & credo propter
tuam solam veritatem om=
nia & singula quæ in Ecclesia
Catholica revelasti credo
quod sis, & quod remunera=
tor sis, credo omnia quæ reve=
lasti de Tua Trinitate, de
Incarnatione Verbi Divini,
de sacramentis & Ecclesia
ejusque capite, de cultu S.S.m

& merito bonorum operum &
purgatorio. & protestor coram
Te quod in hac, pro hac, & ex
hac Fide vivere & mori volo
imo propter hanc Fidem de-
fendendam confirmandam
dilatandam. Volo omnium
Martyrum pati tormenta
carceres, gladios, ignes, rotas,
cruces, equleos, omnia is-
ta super me veniant tantum

ut te Deo meo Sruar.

Credo Domine adjuva meam incredulitatem. Domine fidem nobis adauge da, fidem vivam? qvæ per dilectionem operatur.

Actus Spei.

Deus meus misericordia mea, spes mea, ab uberibus matris meæ, in te omnis spes mea, spero in te, & a te te

ipsum spero per te & per mer-
ta Jesu Christi Domini
nostri gratiam veniam &
gloriam & omnia bona
temporalia & æterna, spero
qvia bonus es & qvia es om-
nipotens qvia fidelis es in
promissis. Spero in te qvia
est major bonitas tua, qvam
malitia mea qvia misericor-
dia tua super exaltat Judi-

cium spero qvia si filium tu-
um unigenitum nobis donasti
qvomodo non omnia nobis-
cum eo donabis non timebo
mala qvoniam mecum es, Do-
minus firmamentum meum
& refugium meum & liberator
meus es. Domine in te cofido.
non erubescam ...

Actus Charitatis proximi propter Deum.

Deus pacis & dilectionis propter te amo sicut me ipsum & amplector in visceribus Jesu Christe, omnes proximos meos idq; ideo quia in ys relucet imago tua quia omnes sunt redempti pretioso sanguine Fili Dei, quia hæc est voluntas tua ut omnes simus unum

sicut tu unus es in trinitate, 9
quia hoc est nostrum manda=
tum redemptoris mei, ut dili=
gamus invicem specialiter 3
amo propter te sicut me ipsum
omnes fideles quia sumus
unū corpus sub uno capite
Jesu-Christi quia sumus ci=
ves S.S. & domestica Dei, qui
& uno pane celesti participam,
quia ut spero nos mutuo in

cœlo amabimus æternum amo
etiam propter te sicut me ipsm.
omnes inimicos meos ysque
ex corde condono. omnes
meas offensas. ut tu Domine
Deus dimittas omnia pecca-
ta mea Domine ne statuas
illis hoc peccatum quod me
aliquando offenderint vel
contristaverint ignosce illis
quia nesciunt quid faciunt.

Actus conformitatis cum Divina voluntate.

Adoranda sapientissima omnipotentissima beneficentissima Dei voluntas; subjcio me tibi totum mancipo & in æternum eã amplector omnes tuas de me rebusq; meis æternas ordinationes, idq; ideo quia sum tuus essentialiter

servus, quia nullus tibi resis-
tere potest quia omnia & no-
bis sapientissime disponis ~
quia nihil odisti eorum quæ
fecisti, & omnia ex amore ℘
Paterno erga nos decernis,
itaq; exuo me propria volun-
tate cæca & non nisi quod ~
est noxium appetente ut tua
Divina regar sapientia ut
cor habeam S. cor tuum ut

tua vivam Voluntate hoc
tantum volo quod tu vis, in
omnibus non mea sed tua
voluntas fiat. Fiat ita o
Pater sicut placitum fuit an-
te te ab æterno Dominus es,
fac quod bonum est in oculis
tuis, vis me divitem & paupe-
rem honoratum aut contemptum,
paratum cor meum Deus,
vis me sanum aut ægrum?

lætum aut merentem, celebrem
aut infamem, paratum cor me-
um Deus, vis me diutius vi-
vere aut cito mori parum aut
multum in virtutibus proficere,
parvam aut magnam glori-
am in Cœlo consequi, paratũ
cor meum. Ecce ego serus tu-
us fiat mihi secundum mag-
nam misericordiam & secun-
dum verbum tuum. Resigno

me adorande tuæ voluntati
ad inopiam, ad infamiam ad
contemptus ad externos dolo-
res usque ad annihilationem.
Volo id habere, quod vis —
quia habeo quod volo quia
id volo quod tu vis in omni
eventu S.mæ prospero S.mæ ad-
verso, in solatio & afflictione,
in morbo & sanitate in vita
& morte benedicam domino.

omni tempore semper laus
ejus in ore meo quia semper
dignus est. Dominus dat
Dominus aufert sit nomen
Domini benedictum ...

Actus
Subjectionis

O Domine ego servus
tuus & Filius ancillæ tuæ,
non ne igitur subjecta tibi
erat anima mea, & ex nunc

pro semper subjcio, animq.m
Altissimæ tuæ juris dictioni
supreme Legislator ac in
primis meam dispositionem
voluntatis meæ rerumque
meorum omnium ad me
spectantium plane tuæ vo=
luntati commito approbo om=
nia decreta & omnes coordi=
nationes æternas & me rebus
omnibus meis, quantumvis

sensui meo repugnantes, vo=
lo integre promple hilariter
obedire præceptis tuis, consi=
lijs, tuis inspirationibus, Volo
etiam obedire propter te supe=
rioribus meis in omnibus, ubi
peccatum non apparet integre
promple ad nutum obedien=
tiæ, idq; propterea qria omnis
eorum potestas est à te, qvia.
Te cognosco quia volo imi=

tari Christum pro me obedi=
entem usque ad mortem cru=
cis doleo quod hactenus tibi
in obediens fuerim quod ju=
gum tuum confregerim dese=
cerimq; non serviam. Pro om=
ni mea in obedientia compen=
sanda tibi offero omnes obe=
dientiæ actus Christi Domu=
ni, B. V. & S. S.rum qui hac
virtute floruerunt. Domi=

da quod jubes & jube quod vis, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es.

Actus Humiliatis.

Deus qui humilia respicis ex alto sed longe cognoscis qui superbis resistis & humilibus das gratiam, ego pulvis & cinis cum magna confusione agnosco & confiteor

coram Te in utilitatem meam,
agnosco quod ex me nihil sūm,
nihil habeo, nihil boni facio,
agnosco in meo intellectu cæ=
citatem in voluntate malitiam
pertinatiam, in appetitu sensi=
tivo inclinationem ad malum,
difficultatem ad bonum, in
corpore continuam mutabili=
tatem, mordacitatem, totq; alias
indigentias & miserias sed

longe magis coram te confi=
teor peccata mea, quibus tam
longe a te recessi in Religion.m
dissimilitudinis, ut merito vo=
cari debeam non modo pecca=
tor, sed ipsum peccatum. ℣
Propterea opto, in quantum
id sine peccato fieri possit
ab omnibus contemni, male
judicari, odio haberi diffama=
ri & omnes contemptus odia

detractiones volo hilariter q
pati, idq; ideo quia his omnibus dignus sum, quia volo imitari Christum Dominum meum pro me contemptum irrisum conculcatum consputum, male Judicatum, & diffamatum opprobrijs saturatum, quia volo obedire eidem Domino humilitatem percipienti denique nolo mihi

in nullis meis factis & talentis
complacere, & osculari manum
meam nolo gratiam apud ho-
mines, & honorem facere cum
mihi apud te sufficiat laus,
mea honor & gloria æterna
Deus meus. Quod vero ali-
quando me contra te exce-
rim, quod gloriam tuam fu-
ratus fuerim doleo super
omnia & pro omni mea su-

perbia in ejus compensationem.
offero tibi omnes actus humili=
atis Christi Domini B. V.
& Sanctorum humilitate in=
signium. Domine non veni=
at mihi pes superbiæ non
ambulem in magnis & mira=
bilibus super me ut promissa
humilibus præmia feliciter
consequar.....



Oratio
ad Christum.

Bone Jesu Verbum Patris Splendor Paternæ gloriæ in quem desiderant Angeli prospicere, doce me facere Voluntatem tuam ut a spiritu tuo bono deductus ad beatam illam perveniam civitatem ubi est dies æternus & unus omnium Spiri-

tus, ubi est certa securitas & secura æternitas & æterna tranquillitas & tranquilla felicitas & felix suavitas, & suavis jucunditas, ubi tu Deus cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas per infinita sæcula sæculorum Amen.

Alia Oratio.

O bone Jesu? O pyssime

Jesu? O dulcissime Jesu.' O
Jesu Fili Mariæ V. plene?
misericordiä & pietate, O dul=
cissime Jesu secundum mag=
nam misericordiam tuam?
miserere mei, O Clementis=
sime Jesu, Te deprecor per
illum sanguinem prætiosum
quem pro peccatoribus effun=
dere voluisti ut abluas om=
nes iniquitates meas & in me

respicias miserum & indignum
humiliter veniam petentem &
hoc Nomen S. Jesu invocan-
tem o nomen Jesu? nomen
dulce? nomen Jesu? nomen
delectabile, nomen Jesu?
nomen confortans, quid est
enim Jesus? nisi Salvator?
Ergo Jesu propter nomen S. an
esto mihi Jesus & Salva me:
ne permittas me damnari,

quem tu de nihilo creasti. O
bone Jesu ne perdat me ini=
quitas mea quem fecit omni=
potens bonitas tua, O dulcis
Jesu recognosce quod tuum
est & absterge quod alienum
est, O benignissime Jesu
miserere mei dum tempus est
miserendi ne damnes me in
tempore judicandi, quæ utilitas
in sanguine meo dum des=

cendero in æternam corruptionē,
non mortui laudabunt te Do-
minc Jesu. neq; omnes qui des-
cendunt in infernum. O Aman-
tissime Jesu, o mitissime Jesu,
o Jesu, Jesu? admitte me in-
trare in numerum electorum
tuorum. O Jesu salus in te
credentium o Jesu solatium
ad te confugientium, o Jesu
dulcis remissio omnium pecca

torum, o Jesu fili Mariæ vir-
ginis infunde in me gratiam &
sapientiam, charitatem, castita-
tem humilitatem, ut possim te
perfecte diligere te laudare te &
perfrui tibi servire & in te glo-
riari, & omnes qui invocant
nomen tuum quod est Jesus
Amen.

Oratio in afflictione.

O Dulcissime Domine &

Jesu Christe verus Deus qui
de sinu summi Patris omnipo=
tentis missus es, in mundum ꝙ
peccata relaxare afflictos redi=
mere, in carcere positos solvere
dispersos congregare, peregri=
nos in suam patriam reducere
contritis corde miscreri, dolen=
tes & lugentes consolari, dig=
nare Domine Jesu Christe
absolvere & liberare in Samu=

lum tuum N. de afflictione &
tribulatione in qua positus
sum & tu Domine Jesu Chris-
te qui genus humanum in
quantum homo a Deo Patre
omnipotente in custodiam
recepisti & ex pietate tua cru=
deli passione ut Paradisum
pretioso sanguine tuo mira=
biliter es mercatus, & inter An-
gelos & homines pacem fe=

cisti, tu Domine Jesu Chris
te digneris inter me & inimi=
cos stabilire & confirmare
concordiam pacem & grati=
am tuam super me ostendere
& infundere misericordiam
tuam & omne odium & ira=
cundiam quam contra me
habent inimici mei digneris
extinguere, & mitigare sicut
iracundia & odium, Esau

abstulisti quod habebat ad=
versus fratrem suum Jacob,
ita Domine Jesu Christe
super me famulum tuum q.
Brachium tuum & gratiam
tuam extendere & me liberare
digneris ab omnibus me o di=
entibus. Et tu Domine libe=
rasti Abraham de manibus
haldæorum, & filium ejus
Isaac de immolatione sa=

crificij cum ariete & Jacob
de manu fratris sui & Jo=
seph de manu fratrum suo=
rum, Noe per arcam diluvij
& Loth de civitate sodomo=
rum famulos tuos. Mojsen
& Aaron & populum Isra=
elem de manu Pharaonis,
& de servitute Ægypti. &
David Regem de manu
Saulis & Goliath, zuzan=

nam de falso crimine & testimonio, Juditham de manu Cholophernis, Danielem de lacu Leonum, Tres pueros, Sadrach, Mesach & Abdenago de camino ignis ardentis, Jonam de ventre Cœti & Filiam Hananæ quæ erat tormentata per Diabolum & Adam de profundo putei Inferni cum

pretiosissimo sanguine tuo
Petrum de Mari et Paulum
de Vinculis ita me famulum
tuum N. Dulcissime Do=
mine Jesu Christe fili Dei
vivi liberare digneris ab om=
nibus meis et succure in adju=
torium meum per S. beneficia
tua, per S. Incarnationem
tuam quam accepisti ut homo
de Virgine Maria, per S.

nativitatem tuam, per famem
per sitim per frigus per calo=
res per labores & afflictiones,
per sputa & alapas per fla=
gella, per clavos, per lanceam
per spineam coronam per
potationem fellis & aceti per
suavissimam mortem cru=
cis per septem verba quæ in
Cruce dixisti scilicet Deo
Patri omnipotenti, ignosce

illis quia nesciunt quid faci=
unt, dixisti Domine Patri
tuo Eli, Eli, lama sabathani,
quod est interpretatum Deus
meus Deus meus ut quid
dereliquisti me, Dixisti
Domine Matri tuæ mulier
ecce filius discipulo, Ecce
Mater tua ostendens cura
te habere tuorum amicorum
dixisti Domine, Sitio, scili=

cet animarum suarum quæ
in lymbo fuerunt & nostram
complendo dixisti Domine?
Patri tuo in manus tuas Do-
mine commendo spiritum
meum, dixisti consumatum
est. Significans dolorem &
labores quos pro nobis mi-
seris suscepisti iam finire.
propter hoc enim rogo te?
Redemptor Domine Jesu

Christe ut Famulum tuum
me N: custodias ab omni pe-
riculo hic in præsenti & in
futuro defende me per descen-
sionem ad inferos per sanc-
tam resurrectionem tuam, &
frequentem Discipulorum
consolationem per admirabi-
lem Ascensionem tuam per
adventum Spiritus Sancti
Paraclyti per diem tremend

Judicij, per hæc omnia exau-
di me Domine & per cuncta
tua beneficia, etenim pro cun-
tis beneficijs tuis mihi famu-
lo tuo collatis, quia tu me
fecisti ex nihilo tu produx-
isti me & contra Diaboli
tentationem me præeminuis-
ti tu ad fidem S. tuam pre-
duxisti me, vitam æternam
promittendo propter ista &

omnia beneficia quæ oculus
non vidit Auris non audivit
nec in cor hominis ascende=
runt, rogo te dulcissime Jesu
Christe ut ab omnibus perícu=
lis animæ & corporis, pro tua
pietate & misericordia me
famulum tuum N. nunc & sempe=
liberare digneris, & post hujus
vitæ cursum ad te Deum vi=
vum perducere digneris qui

vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus in tribulatione.

Qui habitat in adjutorio Altissimi in protectione Dei Cæli commorabitur dicet Domino susceptor meus es tu & refugium meum, Deus meus sperabo in eum, quoniam ipse liberabit de laqueo venantium, & a Verbo aspero,

scapulis suis obumbrabit tibi
& sub pennis ejus sperabis scu
to circumdabit te veritas ejus,
non timebis, a timore nocturno
A sagitta volante in die a
negotio perambulante in te-
nebris ab incursu & dæmonio
meridiano.
Cadent a latere tuo mille &
decem millia a dextris tuis ad
te autem non appropinquabit,

verum tamen oculis tuis con-
siderabis & retributionem
peccatorum videbis
Quoniam tu es Domine
spes mea altissimum posuis-
ti refugium tuum. Non acce-
det ad te malum & flagellum
non appropinquabit, taber-
naculo tuo. Quoniam Ange-
lis suis mandavit de te, ut
custodiant te in omnibus

vijs tuis.
In manibus portabunt te
ne forte. Offendas ad lapi=
dem pedem tuum, super as=
pidem & basilis. cum ambu=
labis & conculcabis Leonem.
& Draconem.
Quoniam speravit in me
& liberabo eum: protegam
eum. quoniam cognovit no=
men meum, —.

Clamabit ad me, & ego exau-
diam eum: cum ipso sum in
tribulatione eripiam eum? &
glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo
eum & ostendam illi salutа-
re meum.
Gloria Patri & Filio &
Spiritui Sancto;
Sicut erat in Principio, & in
sæcula sæculorum Amen.

Oratio.

Deus qui contritorum non despicis gemitum & merentium non spernis affectum adesto precibus nostris quas tibi, pro tribulatione nostra effundimus, easq; clementer exaudi, ut quod quid & contra nos diabolicæ aut humanæ moliuntur adversitates ad nihilum rediga-

tur & consilio tuæ pietatis ꝛ
allidatur quatenus nullis ad=
versitatibus læsi, sed in tri=
bulatione & Angustia crep=
ti in ecclesia tua tibi gratias
referamꝰ dimitte Domine ꝛ
peccata nostra & tribue no=
bis misericordiam tuam ꝛ
quam precamur tu humili=
tatem nostram attendas ꝛ
vincula solvas delicta dele

as tribulationem aspicias, adversitatem repellas affectumq; petitionis nostræ largiaris, tuos, clementer exaudias. Per Dominum nostrum Filium tuum &c.

Oratio.

Pro impetranda nostræ voluntatis cum Divina Providentia, in omnibus conformitate.

Deus qui ad manifestan=
dam tuæ Providentiæ glo=
riam te famenti Populo
Izraelitico in Pastorem
Baruelim defensorem, Su=
zannæ in advocatum To=
biæ in Ducem, Vendito Jo=
sepho in Redptorem, tri=
bus pueris in conservato=
rem, Pupillis advenis, ege=
nis & viduis in Patrem

desisti & omnia omnibus fi-
eri voluisti, te humiliter depre-
camur ut sicut de tua Pro-
videntia lætamur in pros pe-
ris ita exultemus in adversis
& quâ spe a tua Providentia
expectamus desiderata ca to-
lerantia perferamus omnia
tibi placita non extollamur
in prosperis non deijciamur
in adversis da nobis animu

Domine invictum, cor im-
mobile, voluntatem in omni-
bus tuæ providentiæ confor-
mem in te solo quiescat et
movcatur cor nostrum, nihil
nos turbet quod est a te sed
omnia sint nobis chara et
propter te nihil adversum
nos moveat, quia affligit,
sed placidet cor nostrum,
procedit, agnoscamus hanc

veritatem quod nihil sit parvum quod a summo Deo datur nihil nocivum quod a summo Patre, aut in justum quod ab æquissimo judice provenit? Tua enim sola Domine potentia & providentia attingit a fine ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter & quæcunq; nobis immittit, licet nobis quandoq; videantur

contraria sunt tamen in bo=
num finem ordinata, quid
quid igitur nobis immittis da
Domine ut hoc grate excipi=
amus, læte teneamus patienter
conservemus per Dominu
nostrum Jesum Christum
Amen.

Supreme Animarum
corporumq medice, in exhau
ribilis fons vitæ & luminis,

tu qui uno etiam Verbo mor-
tuos resuscitare potes magne
Deus, in cujusque manibus &
ac Providentia omnia guber-
nantur & absq cujus permissi-
one nihil creaturis tuis eveni-
re potest, ad te duplici morbo
animæ corporisq languidus
exclamo. redde mihi sanita-
tem & tuam peccatis meis a-
missam gratiam, ignosce &

Domine quod ego qui hac
tenus creaturis omnibus plus
quam tibi creatori inservire
& tuam tremendam implora-
re audeam adhuc Majestatem.
Scio quidem quod non sum
dignus aspicere cælum, quia
hucusq terram intuitus sui
at me non latet quod etiamsi
mirabilis sis in cunctis oper-
bus tuis mirabilior tamen

crederis in operibus pietatis;
dixisti enim per Prophetas
miserationes tuas supra om=
nia opera esse, miserere igi=
tur mei Deus secundum mag=
nam misericordiam tuam
& redde mihi tam animæ qu=
am corporis sanitatem quod
si hoc corpus meum inutile
terræ pondus pro tua gloria
meaq; salute pati expediat,

Sana saltim animam meam
& da mihi virtutem sufferendi
quid quid prudentiæ tuæ pla-
cuerit mihi evenire. Per Chris-
tum Dominum nostrum amen.

Jam commendo sanus &
valens & si suis vinculis non
dum solutum quando jam
O Christe commendare non
potero amplius tibi metuneo
tempus illud quo me esse

nesciam, videmus in plerisq
moribundis id fieri, spirant
vivunt & vivere se nesciunt,
quis me penitentem tunc ex
carcere migrantem recipiat?,
si tu excludas O.' Creator
Christe patientissime recor=
dare etiam te in extremis an=
gustijs lachrimarum deser=
tum spiritum Patri comen=
dasse, expirasse, exclamas=

se ad te ego Jam damo ut tu
salvatoriam spiritum meum
suscipias quocunque loco &
tempore ex corde & corpore
abeuntem recordare te etiam
in Cruce brachia extendisse &
manus expandisse pectus ape-
ruisse, caput inclinasse; Ecce
anima mea ab omnibus cre-
atis deserta rebus, refugium
quietis in illa brachia Se Se

ingerit admitte miserum obse-
cro ut exinde inferorum a'
satellitibus tute lateat, Ergo
in manus tuas Domine ♀
commendo spiritum meum ♀
imo tuum, quia tu eum cre=
asti & reparasti figmentum
o Deus ne despice.

Miserere mei Deus quo=
niam infirmus sum, Sana'
me Domine quoniam con=

turbata sunt omnia ossa
mea. delicta quis intelligit?
ab occultis meis munda-me,
& ab alienis parce servo tuo.
Delicta juventutis meæ
& ignorantias Domine
ne memineris ante te desi-
derium meum, & gemitus
meus a te non est absconditus miserere mei Deus
secundum magnam mise-

ricordiam tuam.

Maria Mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege & hora mortis suscipe.

Sancte Michael Archangele defende nos ne æterno extremo tremendo damnemur supplicio Amen.

Triginta tres petitiones per merita triginta trium annorum vitæ Christi. O bone Jesus Verbum Caro factum converte me.

O bone Jesu? Fili Mariæ in numerum filiorum Virginis Mariæ admitte me.

O bone Jesu Magister 3 meus doce me.

O bone Jesu Princeps 3 pacis pacifica me.

O bone Jesu refugium me

um suscipe me.

O bone Jesu Pastor meus pasce me.

O bone Jesu Patientia mea conforta me.

O bone Jesu Salvator mea salva me.

O bone Jesu Domine meus & Deus meus possi= de me.

O bone Jesu via recta,

rectifica me.

O bone Jesu. Firmamen=
tum meum firma me.

O bone Jesu Veritas æ=
terna instrue me.

O bone Jesu Vita beata
vivifica me.

O bone Jesu Lux mundi
illumina me.

O bone Jesu Justicia mea
justifica me.

O bone Jesu? Mediator
meq Patri tuo reconcilia me.
O bone Jesu Medice ani=
mæ meæ sana me.
O bone Jesu Judex meus
absolve me.
O bone Jesu Rex meus,
rege me.
O bone Jesu Sanctificatio
mea, santifica me.
O bone Jesu? Abÿssus bo=

SAPIENTIÆ ARCHIVUM

nitatis absorbe me.

O bone Jesu panis vivus de Cœlo descendens satia me.

O bone Jesu Pater meus filium prodigum suscipe me.

O bone Jesu gaudium meum recrea me.

O bone Jesu Adjutor meus adjuva me.

O bone Jesu magnes D

Amoris, trahe me.

O bone Jesu Protector me-
meus protege me.

O bone Jesu Spes mea
erige me.

O bone Jesu amor meus
fac ut amem te.

O bone Jesu Fons vitæ
ablue me.

O bone Jesu propitiatio
mea munda me.

O bone Jesu bravium meum da ut amem te.

O bone Jesu gloria mea glorifica me.

O Jesu mi Jesu? agonizans in Cruce pro me, pro momento agoniæ & mortis tuæ pretiosissime, Momentum agoniæ & mortis meæ dedico, Offero, unio, sit mors tua & vita mea O Jesu mi.

Jesus & Maria dulcissimi mei amores, amore vestri pati-ar, sim vester totus, nullus meus in æternum.

Oratio pro bona morte.

O Jesu rogo te per Mariam.
o Maria rogo te per Jesum,
O Jesu & Maria rogo vos per santissimam Trinitatem.
O Sanctissima Trinitas rogo te per amorem, quo Jesum

quo Mariam? quo te amas
miserere mei, ut Felix merear
ad tuam majorem gloriam?
amorem, ut vos amem in æ-
ternum.

O Jesu Christe Deus cor-
dis mei obsecro te per quinq
illa vulnera, quæ tibi in cru-
ce amor influxit; Famulo
tuo subveni quem pretioso
Sanguine redemisti, Je?

ego Jesu Christe Deus cordis mei per acerbissimos tua necis cruciatus, obtestorq. ℣. intuearis ipse tuas cicatrices, quas æterno Patri pro me ostentas, easq. salubres étiam ℣. misero mihi esse velis Amen.

Ad B. V. Mariam.

Offero tibi Maria Mater Dei nunc & ultimum diem vitæ meæ cum suis horis &

singulis & momentis ut me
custodias Felici æternitati &
sistas S.S.me Trinitati & ut hoc
impetrem offero tibi vitam
meam in singulas horas; &
Offero me quoq; ac omnes
actus pro ys in purgatorio
animabus, quas tu elegeris,
ut ille me morientem juvent.
Suspiria pro bona morte.
Esto mihi in Deum protec=

torem & domum refugij ut sal=
vum me facias quoniam inu=
quitatem meam cognosco & pec=
catum contra me est semper;
averte faciem tuam a peccatis
meis & omnes iniquitates me-
as dele. Ego autem in te spera=
vi Domine dixi Deus meus
es tu in manibus tuis sortes
mea miserere mei Deus quo=
niam in te confidet anima

mea, in manus tuas commen-
do spiritum meum, Domine,
redemisti me Domine Deus
veritatis. In te Domine spe-
ravi non confundar in æter-
num. Amen.

Aspirationes & considc-
rationes animæ piæ in mor-
bis & adversus utiles.

Iñ̃a.

O Sapientia aterna, quæ

attingis a fine ad finem fortiter & disponis omnia suaviter
tangis me fortiter hoc morbo ex malo corporis, sed disponeo
id ipsum suaviter ad gloriam tuam & salutem meam quæ
omnia infundere numero & mensura disponis.

2ª dã.

O Pater a quo omne datum optimum & omne donum

sed & hæc infirmitas seu afflic-
tio mea non ne donum tuum
est? an eam casui & fortunæ
tribuam non agnoscam tuam
providentiam. Absit hæc a
me scio enim quia tu guber-
nas omnia, sed & tu Domine
custodis omnia ossa, unum
ex his sine te non conteretur.
Quin & capitis nostri capilli
omnes numerati sunt, ut pote

in manibus tuis sortes meæ,
tu percutis & sanas vivificas
& mortificas si vivimus si mo-
rimur tui sumus Domine, fiat
in omnibus voluntas tua si
bona suscepimus de manu
Domini, mala quare non
sustineamus quæ tamen mala
non erunt si ea suscepimus
ex mente Domini qui nos
committit in filios ad dis-

ciplinam diligentibus Deum,
hæc ipsa mala cooperantur
in bonum.

O Domine ego servus
tuus, & filius ancillæ tuæ fac
de me quod placitum fuerit
ante te & quis sum ego qui
repugnem tibi, Quis enim
tibi restitit? & pacem habu-
it. Ecce ego lutum tu figu-
lus, finge & excoque me, si

. . . . . .

ita visum tibi in camino tribulationis, ut fiam vas in honorem.

3tia.

O Medice qui morbo curas omnes languores animæ nec minus corporis quando id animæ nosti expedire, Sana me Domine & sanabor in anima, Salvum me fac & corpore salvus.

quoque ero? Confido in te &
non in medicis, aut ullis reme-
dijs, illa quidem non respuo,
sed nisi tu restauratio eris,
domum ruginosam corpo-
ris mei, in vanum laborant
omnes, qui ædificant eam.
Remedijs ergo si quæ por-
riguntur; tu præsta vires, ut
efficatiam suam habeant in
me. Si minus patientiam

operare in anima mea, nam
illa certissimum & præsentis-
simum est adversus omnes
morbos & mala remedium.
Sed ecce iam agnosco te re-
ipsa medicum officium me-
dici est noxium humorem
ab ægris corporibus expel-
lere amara potione, aut du-
ro quovis remedio; Sed tu
facis nunc o Cœlestis me-

dice hac afflictione corporis
mei durum quidem remedi=
um & ingratum Fateor car=
ni meæ sed intẽperans & in
obediens æger credulum fa=
cit medicum numirum ego,
cur negem? Sæpe indulsi car=
ni meæ, nutriens eam in deli=
cijs, multam noxiæ litis &
pravi humoris colluviem
contraxi, itaq; contraria

sorte contrarijs judicas cu=
randa. Fiat Domine detur
caro? in interitum, modo spiri=
tus salvus Siat caro nos læ=
ta traxit in culpam, afflicta?
utinam reducatur adveniam,
ure, hic seca, modo parcas in
æternum.

Officium?
De Immaculata concep=
tione B. M. V.

Ad Matutinum.

℣. Ga mea labia nunc añuntiat
℟. Laudes & præconia Virgini
Beatæ.

Domina in adjutorium
meum intende.

Me de manu hostium po=
tenter defende.

Gloria Patri & Filio &c.
Sicut erat &c.

Hymnus.

Salve mundi Domina,
Cœlorum Regina.
Salve Virgo Virginum,
Stella matutina.
Salve plena gratia, clara,
lux divina.
Mundi in auxilium Do-
mina festina.
Ab æterno Dominus te
præordinavit.

Matrem unigeniti Verbi,
quo creavit.
Terram, pontum, æthera te
pulchram ornavit.
Sibi sponsam ut in qua Ad=
dam non peccavit.
℣. Elegit eam Deus, & præ=
legit eam.
℟. In tabernaculo suo habi=
tare fecit eam.
℣. Domina exaudi orationem

meam

℟ Et clamor meus ad te veniat

Oratio.

Sancta Maria, Regina Cœlorum, & Mater Domini nostri Jesu Christi & mundi Domina quæ nullum derelinquis & nullum despicis; respice me Domina clementer oculo tuæ pietatis, & impetra mihi apud dilectum Fili-

um tuum cunctorum veniam
peccatorum: ut qui nunc tu=
am sanctam conceptionem
devoto affectu recolo æternæ
in futurum beatitudinis bra=
vium capiam, ipso quem vir=
go peperisti donante, Domi=
no nostro Jesu Christo qui
cum Patre & Spiritu sancto
vivit & regnat in Trinitate
perfecta Deus, in sæcula

sæculorum Amen.

℣ Domina exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te veniat.

℣ Benedicamus Domino

℟ Deo gratias.

℣ Et Fidelium animæ per misericordiam Dei. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Ad Primam.

℣. Domina in adjutorium

meum intende.

℟ Me de manu hostium poten=
ter defende.

Gloria Patri & Filio &c.

Hymnus.

Salve Virgo sapiens, do=
mus Deo grata.

Columna septemplici, men=
saque exornata.

Ab omni contagio mundi
præservata.

Ante Sancta in utero paren-
tis quam nata,

Tu Mater viventium &
porta Sanctorum

Nova Stella ex Jacob Do-
mina Angelorum.

Zabulo terribilis acies cas-
trorum



Portus & refugium sis Chri-
tianorum

Ipse creavit illam in Spiritu

Sancto

Et effundit illam super om=
nia opera sua.

Ad Tertiam.

℣ Domina in adjutorium ℣
meum intende

℟ Me de manu hostium poten=
ter defende.

Gloria Patri & Filio &c

Hymnus.

Salve Arca Fœderis Thro=

nus Salomonis

Arcus pulcher Ateris rubus visionis

Virga Frodens germinis, & vellus Gedeonis

Porta clausa numinis, & favus Samsonis,

& Decebat tam nobilem natum præcavere

Te ab originali labe matris Evæ,

Almam quam elegerat genitricem vere.

Nulli prorsus patiens culpæ subiacere.

℣. Ego in Altissimis habito.

℟. Et Thronus meus in columna nubis.

Ad Sextam.

℣. Domina in adjutorium meum intende

℟. Me de manu hostium po-

tenter defende

Gloria Patri & Filio &c.

Hymnus.



Salve o puerpera, templum Trinitatis

Angelorum gaudium cella puritatis

Solamen merentium, hortus voluptatis

Palma patientiæ, Cedrus castitatis

Terra es benedicta, & Sacer=
dotalis

Sancta atq immunis culpa
originalis.

Civitas Altissimi Porta
Orientalis

In te est omnis gratia Vir=
go singularis.

℣ Sicut lilium inter spinas

℟ Sic amica mea inter Filias
Adæ.

Ad Nonam.

Domina in adjutorium meum intende

Me de manu hostium potenter defende

Gloria Patri & Filio &c.

Hymnus.

Salve Urbs refugij turrisq munita,

Davit propugnaculis armisq insignita.

Tu in conceptione charita=
te ignita
Infernalis potestas est a te
contrita
Ga mulier fortis & invicta
Judith
Pulchra abisag Virgo ve=
rum fovens David.
Rachel Procuratorem
Egipti gestavit
Sed Salvatorem Mundi

Maria portavit.

℣ Tota pulchra es amica mea.

℟ Et macula Originalis nunquam fuit in te.

Ad Vesperas

℣ Domina in adjutorium meum intende

℟ Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri & Filio &c

Hymnus

Salve horologium quo re=
tro trahatur

Sol in decem lineis, Verbum
incarnatur.

Homo ut ab inferis ad D
summa tollatur

Immensus ab Angelis pau=
lo minoratur

Solis hujus radijs Maria
coruscat

Et consurgens Aurora in
conceptu micat
Lilium inter spinas quæ ser=
pentis terat
Caput pulchra ut Luna er=
rantes collustrat
℣ Ego Sol in Cœlis ut oria=
tur lumen indeficiens
℟ Et quasi nebula texi om=
nem terram.
Ad Completorium.

℣ Converte nos Domina tuis
præcibus, placatus Jesus &
Christus Filius tuus.

℟ Et divertat iram suam a &
nobis.

℣ Domina in adjutorium
meum intende

℟ Me de manu hostium po-
tenter defende.

℣ Gloria Patri & Filio
&c.

Hymnus.

Salve Virgo Nobilis, mater illibata
Regina clementiæ Stellis coronata
Supra omnes Angelos, pura Immaculata
Atque ad regis dexteram stans veste in aurata
Per te Matrem gratiæ dulcis spes reorum.

Refulgens Stella maris,
portus naufragorum
Patens Cœli Janua sa=
lus infirmorum
Videamus triadem in aula
Sanctorum.
Oleum effusum Maria
nomen tuum
Servi tui dilexerunt te
nimis.
Commendatio.

Supplices offerimus, tibi
Virgo pia
Has horas canonicas Sac
nos ut in via.
Ducas cursu prospero &
in agonia
Præsens nobis assiste o
dulcis Maria.
Hæc est Virga, in qua nec
nodus originalis, nec cortex
actualis culpæ fuit. S. Ambros

℣ In Conceptione tua Vir-
go Immaculata fuisti
℟ Ora pro nobis Patrem
cujus Filium peperisti.

Oratio.

Deus qui per Immacula-
tam Virginis Conceptionem
dignum Filio tuo habita-
culum præparasti, quæsumus
ut qui ex morte ejusdem fi-
lij tui prævisa, eam ab omni

labe præservasti, ita nos quo=
que mundos ejus intercessione
ad te pervenire concedas.
Per eundem Dominum nos=
trum Jesum Christum, qui
tecum vivit & regnat &c.

Litaniæ.

℣ De B. V. M. Laureta. ℟
Kyrie eleison Christe el. ℟
Kyrie eleison
Christe eleison

Christe audi nos
Christe exaudi nos
Pater de Cœlis Deus
Fili Redemptor mundi
Deus.
Spiritus S. Deus
Sancta Trinitas unus
Deus
Sancta Maria Ora p. n.
Sancta Dei Genitrix
Sancta Virgo Virginum

Miserere nobis

Ora p.n.

Mater Jesu Christi
Mater Divina gratiæ
Mater Purissima
Mater Castissima
Mater Inviolata
Mater Intemerata
Mater Amabilis
Mater Admirabilis
Mater Creatoris
Mater Salvatoris
Virgo Prudentissima

Ora pro nobis.

Virgo Veneranda
Virgo Prædicanda
Virgo Potens
Virgo Clemens
Virgo Fidelis
Speculum Justiciæ
Sedes Sapientiæ
Causa nostræ Letitiæ
Vas spirituale
Vas honorabile
Vas insigne devotionis

Ora pro nobis.

Rosa Mistica
Turris Davidica
Turris Eburnea
Domus Aurea
Fœderis Arca
Janua Cœli
Stella Matutina
Salus Infirmorum
Refugium peccatorum
Consolatrix Afflictorum
Auxilium Christianorum

Ora pro nobis.

Regina Angelorum
Regina Patriarcharum
Regina Prophetarum
Regina Apostolorum
Regina Martyrum
Regina Confessorum
Regina Virginum
Regina Sanctorum omniũm
Regina Regni Poloniæ
Agnus Dei qui tollis pecca
ta mundi, parce nobis Do.

Ora pro nobis

Agnus Dei qui tollis peccata
mundi. Exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata
mundi, miserere nobis.

℣ Ora pro nobis Sancta
Dei Genitrix

℟ Ut digni efficiamur promis-
sionibus Christi.

Oremus

Gratiam tuam quæsumus
Domine mentibus nostris

SAPIENTIA ARCHIVUM

infunde ut qui Angelo nun=
tiante Christi Filij tui In=
carnationem cognovimus p
per Passionem ejus, & Cru=
cem ad resurrectionis gloriam
perducamur. Amen.

Sub tuum Præsidium con=
fugimus Sancta Dei Geni=
trix nostras deprecationes
ne despicias in necessitatibus
sed a periculis cunctis libera

nos: Virgo semper gloriosa
& Benedicta, Domina nos-
tra, Mediatrix nostra, Advo-
cata nostra, Tuo Filio nos
reconcilia, Tuo Filio nos com-
menda, Tuo Filio nos repra-
senta, Fac o benedicta per gra-
tiam quam invenisti per pra-
rogativam quam meruisti, per
misericordiam quam peperisti,
& qui te mediante Sieri digna-

tus est, particeps infirmitatis &
miseriæ nostræ, te quoq; inter-
cedente, participes nos faciat
gloriæ & beatitudinis suæ
Jesus Christus Filius tuus
Dominus noster qui est su-
per omnia Deus Benedictus
in Sæcula.

Ad M. D. G. B. V. M. H.

Litaniæ

De SS. Nomine Jesu.

Kyrie eleison Christe eleᵈ.ˢᵒⁿ
Kyrie eleison
Christe audi nos
Christe exaudi nos
Pater de Calis Deus
Fili Redemptor mundi
Deus
Spiritus S. Deus.
Sancta Trinitas unus
Deus.
Jesu Fili Dei vivi.

Miserere nobis.

SAPIENTIÆ

Jesu potentissime.
Jesu fortissime.
Jesu perfectissime.
Jesu gloriosissime.
Jesu jucundissime.
Jesu humillime.
Jesu clarior Sole.
Jesu pulchrior Luna.
Jesu splendidior Stellis.
Jesu admirabilis.
Jesu delectabilis.

Miserere nobis.

Jesu honorabilis.
Jesu Pauperrime.
Jesu mitissime.
Jesu patientissime.
Jesu obedientissime.
Jesu castissime.
Jesu amator castitatis.
Jesu amator pacis.
Jesu amator noster.
Jesu speculum vitæ.
Jesu exemplar virtutum.

Miserere nobis.

Jesu decus morum
Jesu Zelator animarum
Jesu refugium nostrum
Jesu Pater pauperum
Jesu consolator afflict.m
Jesu thesaurus fidelis.m
Jesu gemma pretiosa
Jesu armarium perfectionis
Jesu bone Pastor ovium
Jesu stella maris
Jesu lux vera.

Miserere nobis.

Jesu sapientia æterna
Jesu bonitas infinita
Jesu Gaudium Angelorum
Jesu Rex Patriarcharum.
Jesu Inspirator Prophetarum.
Jesu Magister Apostolorum.
Jesu Doctor Evangelistarum.
Jesu Fortitudo Martyrum.
Jesu lumen Confessorum.
Jesu sponse Virginum.
Jesu Corona SS. omnium.

Miserere nobis.

Propitius esto. parce nobis Jesu
Propitius esto. exaudi nos Jesu.
Ab omni malo. libera nos Jesu.
Ab omni peccato
Ab insidijs Diaboli
A peste, fame & bello
A transgressione man-
datorum tuorum
Per Incarnationem tuam
Per Nativitatem tuam
Per Celestem nominis J...

Libera nos Jesu.

Jesu impositionem
Per dolores tuos
Per Flagella tua
Per mortem tuam
Per resurrectionem tuam
Per ascensionem tuam
Per Gaudia tua
Per gloriam tuam
Per dulcissimam Virginem
Matrem tuam.
Per intercessionem omnium

Libera nos Jesu.

S. S. tuorum. Libera nos Jesu.
Peccatores. Terogamus audi
nos.
Ut dulcem melli flui nomi=
nis Jesu memoriam in tabu=
lis cordis nostri digito vir=
tutis tuæ inscribere digneris
Terogamus audi nos.
Ut nomen hoc sanctissimum
& viventes in opere, & morien=
tes in corde & ore habere me-

reamur. Ierogamus audi nos.
Ut benignissime Jesu, nobis
sis Jesus. Ierog . . . &.
Fili Dei Ierog . . .
Agnus Dei qui tollis pecca-
ta mundi. Parce nobis Jesu.
Agnus Dei qui tollis peccata
mundi. Exaudi nos Jesu.
Agnus Dei qui tollis pecca-
ta mundi miserere nobis.
Jesu Christe audi nos.

Jesu Christe exaudi nos.
Kyrie eleïson. Christe eleïson.
Kyrie eleyson.

℣ Domine exaudi orationem
meam

℟ Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Deus qui gloriosissimum
nomen Jesu Christi Filij tui
Domini nostri fecisti fide-
libus tuis summo suavitatis

affectu amabile, & malignis
spiritibus tremendum atque
terribile concede propitius, ut
omnes qui hoc nomen Jesu,
devote venerantur, in terris
Sanctæ consolationis dul-
cedinem in præsenti percipi-
ant, & in futuro gaudium
exultationis & interminabilis
beatitudinis obtineant in cæ-
lis. Per eundem D. N. &

Litaniæ.

De omnibus Sanctis.

Kyrie eleyson Christe el...
Kyrie eleyson
Christe audi nos
Christe exaudi nos
Pater de Cælis Deus
Fili Redemptor mundi
Deus
Spiritus S. Deus
Sancta Trinitas unus D.

Miserere nobis.

Sancta Maria
Sancta Dei Genitrix
Sancta Virgo Virginum
Sancte Michael
Sancte Gabriel
Sancte Raphael
Omnes Sancti Angeli et
Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes Sancti Beatorum
Spirituum ordines, Orate
pro nobis.

Ora pro nobis.

Sancte Joannes Baptista
Ora pro nobis
Omnes S.S. Patriarchæ &
Prophetæ, Orate pro nobis.
Sancte Petre
Sancte Paule
Sancte Andrea
Sancte Jacobe
Sancte Joannes
Sancte Thoma
Sancte Jacobe

Ora pro nobis.

Sancte Philippe
Sancte Bartholomæe
Sancte Mathæe
Sancte Simon
Sancte Thadæe
Sancte Mathia
Sancte Barnaba
Sancte Luca
Sancte Marce
Omnes Sancti Apostoli
& Evangelistæ Orate pro nob.

Ora pro nobis

Omnes Sancti Discipuli
Domini, Orate pro nobis
Omnes Sancti Innocentes.
Orate pro nobis.
Sancte Stephane
Sancte Laurenti
Sancte Vincenti
Sancte Adalberte
Sancte Stanislae
Sancte Venceslae
Sancte Floriane

Ora pro nobis.

Sancti Fabiane & Sebestiane
Orate pro nobis
Sancti Ioannes & Paule,
Orate pro nobis
Sancti Cosma & Damiane
Orate pro nobis
Sancti Gervasi & Protasi,
Orate pro nobis
Omnes Sancti Martyres.
Orate pro nobis.
Sancte Silvester. Ora.

X. SAPIEHÓW ARCHIWUM X.

Sancte Gregori.
Sancte Ambrosi.
Sancte Augustine.
Sancte Hieronime.
Sancte Martine.
Sancte Nicolae.
Sancte Casimire.
Omnes Sancti Pontifices e
Confessores. Orate pro nob.
Omnes Sancti Doctores
Ora-te pro nobis.

Ora pro nobis.

Sancte Benedicte
Sancte Bernarde
Sancte Dominice
Sancte Francisæ
Sancte Hÿacinthe
Sancte Pater Ignati
Sancte Francisæ Xaveri
Sancte Borgia
Sancte Stanislae Kostka
Sancte Joannes Canti
Omnes S.S. Sacerdotes &

Ora pro nobis.

Levita Orate pro nobis
Omnes Sancti Monachi &
Eremitæ Orate pro nobis
Sancta Maria Magda-
lena
Sancta Agatha
Sancta Lucia
Sancta Agnes
Sancta Cæcilia
Sancta Barbara
Sancta Catharina

Ora pro nobis.

Sancta Anastasia
Sancta Hedvigis
Sancta Elisabeth
Omnes Sanctæ Virgines
& Viduæ Orate pro nobis
Omnes Sancti & Sanctæ
Dei, Intercedite pro nobis
Propitius esto. Parce nob.
Domine
Propitius esto, Exaudi nos
Domine

Ora p. n.

Ab Omni malo, Libera nos
Domine
Ab omni peccato
Ab ira tua
A subitanea & improvisa
morte
Ab insidijs Diaboli
Ab ira & odio & omni
mala voluntate
A Spiritu Fornicationis
A fulgure & tempestate

Libera nos Domine.

A peste, Fame & bello.
A morte perpetua.
Per Mijsterium Sanctæ
Incarnationis tuæ.
Per adventum tuum.
Per Nativitatem tuam.
Per Baptismum & sanc=
tum Jejunium tuum.
Per Crucem & Passio=
nem tuam.
Per Mortem & Sepul=

Libera nos Domine.

turam tuam
Per Sanctam Resur=
rectionem tuam
Per Admirabilem Ascen=
sionem tuam
Per Adventum Spiri=
tus Sancti
In Die Judicij
Peccatores. Te rogamus au=
di nos
Ut nobis parcas. Te rogamus

Libera nos Domine.

audi nos
Ut nobis indulgeas
Ut ad veram pæniten=
tiam nos perducere dig=
neris.
Ut Ecclesiam Sanctam
regere & conservare dig=
neris
Ut domnum Apostoli=
cum & omnes Ecclesias=
ticos ordines in Sancta

Te rogamus audi nos.



Religione conservare
digneris
Ut inimicos Sanctæ
Ecclesiæ humiliare
digneris.
Ut Regibus & Princi=
pibus Christianis Pa=
cem & veram concordi=
am donare digneris.
Ut cuncto populo Chris=
tiano pacem & unitatem

Te rogamus audi nos.

largire digneris
Ut nos metipsos in tuo
Sancto servitio confor-
tare & conservare dig-
neris.
Ut mentes nostras ad
Cœlestia desideria erigas.
Ut omnibus Benefac-
toribus nostris sempi-
terna bona retribuas.
Ut Animas nostras

Te rogamus audi nos.

Fratrum propinquorum &
Benefactorum nostro-
rum ab æterna damna-
tione eripias.
Ut Fructus terra dare
& conservare digneris.
Ut nos Exaudire dig-
neris.
Filî Dei. Te rogamus audi
nos.
Agnus Dei qui tollis pec-

Te rogamus audi. N.

cata Mundi parce nobis
Domine.
Agnus Dei &c. Exaudi nos
Domine.
Agnus Dei &c. Miserere
nobis.
Kyrie eleyson Christe eley.
Kyrie eleyson.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tenta-
tionem

℟. Sed libera nos a malo.

Deus in adjutorium meum intende.

Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur & revereantur: qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge.

Exultent & lætentur in te om-
nes qui quærunt te: & dicant
semper magnificetur Dominus
qui diligunt salutare tuum.
Ego vero Egenus & pauper
sum Deus ajuva me.
Adjutor meus & Liberator
meus es tu: Domine ne mo-
reris.
Gloria Patri & Filio & Spi-
ritui Sancto. &c.

℣ Salvos fac servos tuos.

℟ Deus meus sperantes in te.

℣ Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℟ A facie inimici.

℣ Nil proficiat inimicus in nobis.

℟ Et Filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣ Domine non secundum ℈ peccata nostra facias nobis.

℟. Neq secundum iniquitates nostras tribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice nostro N.

℟. Dominus conservet eum & vivificet eum, & Beatum faciat eum in terra & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

℣. Oremus pro Benefactoribus nostris.

℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam Amen.

℣. Oremus pro Fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace

℟. Amen.

℣ Pro Fratribus nostris absen-
tibus.
℟ Salvos fac servos tuos Deus
meus sperantes in te.
℣ Mitte eis Domine auxilium
de Sancto.
℟ Et de Sion tuere eos.
℣ Domine exaudi orationem
meam.
℟ Et clamor meus ad te ve-
niat.

Oratio.

Deus qui proprium est misereri semper & parcere. Suscipe deprecationem nostram ut nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces & confitentium tibi parce peccatis, ut

pariter nobis indulgentiam
tribuas benignus & pacem.
Ineffabilem nobis Domine
misericordiam tuam clemen-
ter ostende, ut simul nos &
a peccatis omnibus exuas &
a pœnis, quas pro his mere-
mur eripias.
Deus qui culpa offenderis,
pœnitentia placaris, preces
populi tui suplicantis pro-

pitius respice, & flagella
tuæ iracundiæ quæ pro pec-
catis nostris meremur averte.
Omnipotens sempiterne
Deus miserere famulo tuo
Pontifici nostro N. & dirige
eum secundum tuam clemen-
tiam in viam salutis æternæ
ut te donante tibi placita
cupia & tota virtute persi-
ciat.

Quæsumus omnipotens Deus ut famulus tuus N. Rex noster qui tua miseratione & suscepit Regni gubernacula virtutum etiam omnium percipiat incrementa quibus decenter ornatus & vitiorum, Monstra devitare, & ad te qui via, Veritas & vita es gratiosus valeat pervenire.

Deus a quo Sancta deside=

ria recta consilia & justa sunt
opera da servis tuis illam,
quam mundus dare non po-
test, Pacem, ut corda nostra
mandatis tuis dedita, & hos-
tium sublata formidine,
tempora sint tua protectione
tranquilla.

Ure igne Sancti Spiritus re-
nes nostros & cor nostrum
Domine. ut tibi casto corpore

serviamus & mundo corde D
placeamus.

Fidelium Deus omnium
conditor & Redemptor ani-
mabus famulorum famu-
larum que tuarum, remissi-
onem cunctorum tribue pec-
catorum, ut indulgentiam,
quam semper optaverunt
pijs supplicationibus conse-
quantur.

KRAJSCHE

Actiones nostras quesumus
Domine aspirando præveni et
adjuvando prosequere, ut ℨ
cuncta nostra oratio & opera-
tio a te semper incipiat & per te
cœpta finiatur.

Omnipotens sempiterne
Deus qui vivorum domi-
naris simul & mortuorum,
oniumque misereris, quos-
tuos fide & opere futuros

esse prænoscis: Te supplices
exoramus: Ut pro quibus ef-
fundere preces decrevimus
quosq vel præsens sæculũ
adhũc in carne retinet, vel
futurum jam exutos corpo-
re suscepit; Intercedentibus
omnibus Sanctis tuis, pieta-
tis tuæ clementia omnium
delictorum suorum veniam
consequantur.

Per Dominum nostrum
Jesum Christum &c.

℣. Domine exaudi orationẽ
meam.

℟. Et clamor meus ad te ve-
niat.

℣. Exaudiat nos omnipotens
& misericors Dominus.

℟. Amen.

℣ Et fidelium animæ per mi-
sericordiam Dei. Requies-

cant in pace ℟ Amen.

Pro anima panitentiam agente.

Oratio.

Immediate ante Confessionem.

Deus misericordiarum & Deus totius consolationis, ecce ego prostratus ante te acerbissime doleo: quod offenderim te Creatorem ac Redemptorem meum consi-

dens vero in misericordia tua,
Volo integre omnes iniquita-
tes meas confiteri, vitamq; se-
rio emendare. Adjuva Do-
mine Deus pauperem hanc
animam pretiosissimo san-
guine Christi Redemptam.
Et tu Virgo Gloriosissima
Mater Dei Maria interveni
pro me. Vos S.S.tu Patroni
mei N.N. omnesq; Cœli cives

orate pro me peccatore. Et
quia, ego non sum sufficiens
ad impetrandam hanc grati=
am rogo te mi Sancte Ange=
le custos ut offeras hanc vo=
luntatem meam ut hanc con=
fessionem perfecte faciam
ad laudem & gloriam Dei
& salutem animæ meæ. Amen.
Deus propitius esto mihi
peccatori.

Jesu Fili David, miserere
nobis.

Oratio post Confessionem.

Sit tibi Domine obsecro
meritis Beatæ semper Vir-
ginis Genitricis tuæ Ma-
riæ. & omnium Sanctorum
grata & accepta ista confes-
sio mea & quid quid mihi
defuit nunc, & alias de suffi-
cientia contritionis de puri-

tate & integritate confessionis
suppleat pietas & misericor-
dia tua; & secundum illam
digneris me habere pleni9 &
perfectius absolutum in Cæ-
lis. Qui vivis & regnas in
Trinitate perfecta Deus in
sæcula sæculorum Amen.

Septem Psalmi
Pœnitentiales

Antiphona. Ne reminiscaris Domine delicta nostra vel Parentum nostrorum ne vindictam sumas de peccatis nostris.

Psalm. 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quoniam infirmus sum,

sana me Domine, quoniam
conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est
valde: sed tu Domine usque
quo?
Convertere Domine, & eri-
pe animam meam: salvum
me fac propter misericordi-
am tuam.
Quoniam non est in morte
qui memor sit tui: in Inferno

quis autem confitebitur tibi?

Laborasi in gemitu meo,
lavabo per singulas noctes
lectum meum: lachrymis
meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inveterasi inter inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus

vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: covertantur, & erubescant valde velociter.

Gloria Patri & Filio. &c.

Psalm 31.

Beati quorum remissæ

sunt iniquitates: & quorum
tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputa-
vit Dominus peccatum: nec
est in Spiritu ejus dolus.
Quoniam tacui inveterave-
runt ossa: dum clamarem
tota die.
Quoniam die ac nocte gra-
vata est super me manus tua:
conversus sum in ærumna

mea dum configitur spina.
Delictum meum cognitum
tibi feci: & in justitiam me-
am non abscondi.
Dixi confitebor adversùm.
me in justitiam meam Do-
mino: & tu remisisti impieta-
tem peccati mei.
Pro hac orabit ad te om-
nis Sanctus: in tempore op-
portuno.

Verum tamen in diluvio a-
quarum multarum: ad eum non
approximabunt.

Tu es refugium meum a
tribulatione quæ circumde-
dit me: exultatio mea, erue
me a circumdantibus

Intellectum tibi dabo, et
instruam te in via hac qua
gradieris: firmabo super te
oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

In hamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino &

exultate justi: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalm 37.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne
mea a facie iræ tuæ: non est
pax ossibus meis a facie
peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ
supergressæ sunt caput me-
um & sicut onus grave gra-
vatæ sunt super me.

Putruerunt, & corruptæ
sunt cicatrices meæ a facie
insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & cur-
vatus sum usque in finem:
tota die contristatus egredi-
ebar.

Quoniam lumbi mei im-
pleti sunt illusionibus, & non
est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus
sum nimis: rugiebam a ge-
mitu cordis mei.

Domine ante te omne

desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei, & proximi mei, adversum me appropinquaverunt, & qui juxta me erant de longe steterunt & vim fa-

ciebant, qui quærebant ani-
mam meam.

Et qui inquirebant mala
mihi, locuti sunt vanitates:
& dolos tota die meditaban-
tur.

Ego autem tanquam surdus
non audiebam: & sicut mu-
tus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo
non audiens & non abens in

ore suo redargutiones.

Quoniam in te domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi ne quando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commoverunt pedes mei, super me magna locuti sunt

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo

pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum.
Domine Deus salutis meæ.
Gloria Patri. &c.

Psalm 50.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab ini-

quitate mea: & a peccato meo
munda me.

Quoniam iniquitatem meam
cognosco: & peccatum meum
contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum
coram te feci: ut justificeris
in sermonibus tuis, & vincas
cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum: & in peccatis

concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a pec=

catis: & omnes iniquitates me-
as dele.

Cor mundum crea in me Deq.
& spiritum rectum innova in
visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua:
& Spiritum Santum tuum ne
auferas a me.

Redde mihi lætitiam salu-
taris tui: & Spiritu principa-
li confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultavit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: utique ho-

holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium Justitiæ, oblationes &

holocausta: tunc imponent
super altare tuum vitulos.
Gloria Patri &c.

Psalm. 101.

Domine exaudi orationem
meam: & clamor meus ad te
veniat.

Non avertas faciem tu-
am a me: in quacunque die
tribulor inclina ad me aurem
tuam.

In quacumque die invocavero
te, velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus
dies mei: & ossa mea sicut cre-
mium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum
& aruit cor meum: quia oblit⁹
sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæ-
sit os meum carni meæ.

Similis factus sum pelicano

solitudinis: Factus sum si-
cut nycticorax in domicilio.
Vigilavi, & factus sum si-
cut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mi-
hi inimici mei, & qui lauda-
bant me, adversum me jura-
bant.
Quia cinerem tanquam pa-
nem manducabam & potum
meum cum fletu miscebam.

A facie iræ & indignationis
tuæ quia elevans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinaverunt: & ego sicut fœnum
aruj.
Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale
tuum in generationem & generationem.
Tu exurgens misereberis
Sion: quia tempus miseren-

di ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: & terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem

& generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt Cæli.

Ipsi peribunt tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem ipse es & anni tui non deficient.

Filij servorum tuorum habitabunt: & semen eorum in saeculum dirigetur.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalm. 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris

Domine: Domine quis sus=
tinebit.

Quia apud te propitiatio est:
& propter legem tuam sustinui
te Domine.

Sustinuit anima mea in
verbo ejus: speravit anima
mea in Domino.

A custodia matutina usque
ad noctem: speret Israel in
Domino.

Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri &c.

Psalm. 142.

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in Justicia

tua.

Et non intres in judicio cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: et anxiatus est super me Spi-

ritus meus in me turbatum
est cor meum.

Memor fui dierum anti=
quorum, meditatus sum in
omnibus operibus: in fac=
tis manuum tuarum medita=
bar.

Expandi manus meas ad te.
anima mea sicut terra sine
aqua tibi.

Velociter exaudi me Do=

mine: de fecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis

Domine, ad te confugi: doce
me facere voluntatem tuam,
quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam, propter
nomen tuum Domine vivi=
ficabis me, in æquitate tua.
Educes de tribulatione
animam meam: & in miseri=
cordia tua, disperdes inimicos
meos.

Et perdes omnes qui tribu-
lant animam meam: quoni-
am ego servus tuus sum.

Gloria Patri. &c.

Antiph.

Ne reminiscaris Domine
delicta nostra vel parentum
nostrorum; neque vindictam
sumas de peccatis nostris.

℣ Domine exaudi orationem
meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui culpa offenderis, panitentia placaris: preces populi tui supplicantis, propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur averte.

Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit &c.

Supplementum Orationum ante Confessionem & Communionem.

Prima.

Ad petendum Lumen ante Examen.

Ego O Eterne Parens mi-
sericordiarum, Pater & Deus

totius consolationis actionum
mearum, Pondera, examina-
turus, vehementer exhorreo &
contremisco, nam si quid vel
studio occultavero vel per obli-
vionem ac ignorantiam om-
misero ignorare non potes.
Ita enim tibi perspecta est
vitæ meæ conditio, ut nullus
actus nulla cogitatio effugere
acutissimam aciem tuam

possit. Tu enim Deus meus
cum sis circumveniri aut aus-
tucia aliqua fallente eludi
nulla ratione potes, claustra
penetras, abstrusa reseras
corda rimaris, quare a te hu-
militer postulo, ut omnia pec-
cata quibus me turpissime
obstrinxi, possim per gratiam
tuam recordari & eorum in-
dignitatem deplorare concedo

mihi spiritum tuum sanctum
qui refricet mihi memoriam
eorumque ex animo effluxe=
runt: & si a judicijs tuis discess=
sero, ipse cogitationes mentis
dirigat. & acerbissimum animæ
sensum doloremq; qui peccata
mea possit eluere augeat. Ea
ergo anima mea intra in secre=
tum mentis tuæ cubiculum, &
præter Deum & te, Catera

omnia exclude; Excute cor=
porem, discute conscientiam.
noverisque te in conspectu
illius consistere, qui nihil im=
pune abire sinit.

2.da.

Post discussam conscien=
tiam
Confundere & erubescecum
publicano nolente oculos ad
cœlum levare.

Deus infinitæ Majestatis
confundor & erubesco ante te
quod tanta fœditate peccato=
rum animam meam sangui=
ne Filij Dei emundatam?
contaminaverim: quod con=
tra te supremum Patrem
ego ingratissimus Filius, &
Contra te supremum Prina=
pem ego rebellis servus, Con=
tra te Deum meum ego vi=

lissimus terræ vermiculus in-
surrexerim; quod denique
metam exosum oculis tuis
ac B. Virginis, totiusque
curiæ cælestis reddiderim:
Ah quam inops sum quam
nudus gratia tua spoliatus
quam dignus sum ab omnib;
creatur contemni & odio ha-
beri propter peccata mea.
Admiraberis Dei

erga te Longanimitatem
Et quomodo O Judex
justissime omnem contra
me non armasti creaturam
quomodo non vivum me
terra absorbuit? Cur in me
fulmina de Cælo non ruc-
runt tua hoc clementia efficit
o Pater Misericordiarum
qui me tunc etiam cum pec-
cando oppugnabam ad ube-

ra tua gestabas qui me ad
hanc insuper pœnitentiam non
solum expectasti sed etiam vo-
casti & nunc amplexum & os-
cula mihi paras filio pro-
digo.

Deprecaberis Deum
Offensum.

Fretus ergo misericordia
tua qua peccatores respicis
ad te venio e regione longin-

qua dissimilitudinis prodi=
gus filius procido coram te
cum servo debitore provolvor
ad pedes tuos cum Magda=
lena & affectu omnium pœni=
tentium qui tibi aliquando
placuerunt misericordiam
supplex imploro; peccavi Do=
mine miserere mei patienti=
am habe in me propitius esto
mihi peccatori.

Retractio & dolor.

Damno Domine revoco, & detestor omnia peccata mea, ideo quia tibi displicent simulque super omnia doleo ex mortivis omnium virtutum quia te aliquando Deum meum offendi, doleo ex motivo charitatis quia tibi summum bonum omni amore dignissimum materiam dis-

plicentiæ præbui, Doleo ex
motivo spei quia me a te, O
beatitudo mea averti et Sind.m
ultimum in creatura constitui,
Doleo ex motivo religionis
quia tibi Excellentissimæ
Majestati cultum debitum pec=
cando subtraxi, Doleo ex mo=
tivo obedientiæ quia tibi su=
premo legislatori in obedien=
tem me probui. Doleo ex mo=

tivo gratitudinis quia tibi max=
imo benefactori pro tot bene=
ficijs, tot offensas ingratus ex=
hibui. Doleo ex motivo Jus=
ticiæ quia Juri tuo supremo
quod habes in me contraveni.
O? Utinam nunc omnium
pœnitentium lachrymas con=
tritiones & amaritudines ha=
beam quibus defleam pecca=
ta mea.

Propositum 2.

Ah! quando tandem finis turpitudinis meæ dixi nunc cæpi, statuo firmiter domine cum auxilio gratiæ tuæ omnia peccata præsertim N.N. omnes & peccatorum occasiones diligenter vitare. Protestor coram te & curia tua Cælesti universa quod malim mori & omnia adversa pati quam

te peccato mortali offendere;
Dem ergo animam meam
in sanguinem tuum prætio=
sissimum tempore Passio=
nis tuæ in ablutionem pecca=
torum effusum & per eande.m
passionem ac mortem tuam
te rogo ut deleas iniquitatem
meam, amplius lava me ab
iniquitate mea, & a peccato mo
munda me.

In fine.

De his atque de omnibus vitæ meæ peccatis præsertim de omnibus impatientijs & verbis otiosis accuso me doleo super omnia ex amore Dei summi boni & propono cum Dei gratia emendationem peto pœnitentiam & absolutionem.

Post Confessionem.

Benignissime Jesu revertor ad te cum leproso mundato & cadens in faciem meam ante pedes tuos gratias ago, quia mea lepra peccatorum sanguine tuo emundasti benedicta sit in æternum bonitas tua quæ me respexit longe errantem & non proiecit a facie sua me canem

fœtidum, Sed omnia pecca=
ta mea post tergum suum pro=
iecit. Quis sum ego Domine
quia dignatus es me rebellem
servum tuum tibi me tuum.
Contemptorem me vilissimū.
terræ vermiculum me fugiti=
vum tam benigne trahere ad
te tam misericorditer osculo
pacis donare tua hoc bonitas
fecit o Pater misericordiarū.

qui me prodigum Filium ad
te reducem suscepisti stola
gratiæ induisti paterno am=
plexu dignatus es misericor=
dias igitur tuas in æternum
cantabo & benedicam te in
omni tempore qui propitiaris
iniquitatibus meis qui sanas
omnes infirmitates meas qui
redimis de interitu vitam me=
am qui coronas me in misc=

ricordia & miserationibus
tuis.

Quis vero iam amplius sepa
rabit me a te? o? bone Jesu;
an tribulatio? an voluptas?
an mors? nihil horum cum
gratia tua Deus statuo
firmiter custodire judicia
Justitiæ tuæ malo mori
quam fœdari quia mihi bo-
num est adhærere tibi quia

tu omni amore dignus es.

Confirma Domine hoc propositum quod in me operatus es.

Adjuva me o Jesu virtus mea firmamentum meum refugium & liberator meus.

Adesto mi Domina Mater refugium Peccatorum & adeste Beati Cœlites patroni mei.

Quia vero Domine adhuc
tibi ita debitor sum, ut non
habeam unde de meo satisfa-
ciam, id circo quid quid mihi
de est suppleo ex meritis tuis
infinitis quæ tibi una cum
meritis pretiosissimæ.

Matris tuæ & omnium tu-
orum Electorum offero in sa-
tisfactionem pœnæ debitæ
pro peccatis meis, offero simul

etiam cum illis meam hanc
exilem satisfactionem sacra-
mentalem quam nunc amore
tui facio, ipse vindex scelerū.
meorum tu eam suscipe &
salva me.

Praxis Sacræ Cōmunionis

ante

Communionem

Actus Fidei.

Credo firma fide Domine

Jesu Christe propter tuam
revelationem te sub accidenti-
bus Eucharisticis esse vere &
realiter præsentem una cum
Divinitate anima corpore
& sanguine tuo pretioso &
quidem per conversionem to-
tius substantiæ vini in san-
guinem illum inquem Deum
præsentem te credo & confite-
or: in hoc Sacramento, qui ex

Patre genitus es ante omnia
sæcula, eidem substantialis
qui pro salute nostra incarna-
ri, nasci & pati & mori voluisti,
qui deniq a mortuis rediví-
vus, nunc ad dexteram Dei
sedes Judex vivorum & mor-
tuorum tu es ipse Rex meus
& Deus meus. Tu Rex glo-
riæ Christe, tu Patris Sem-
piternus es Filius, tu ad libe-

randum susceperturus homi-
nem non horruisti Virginis
uterum, tu ad dexteram Dei
sedes in gloria Patris.

Actus Gaudij.

Gaude & exulta anima mea
ecce Rex tuus venit tibi, en
ipse stat post parietem & ve-
lamen accidentium Panis. en
pulsat ad cor tuum ut ipsi
aperias. O quanta mea Felici-

tas! Regem Cœli & Terræ
meo suscipiam hospitio, il-
lum complectar quem casti-
suis visceribus quem in ul-
nis suis Virgo Mater gesta-
vit cujus visione omnes be-
ati satiantur.

Actus humilitatis.

Sed unde hoc mihi ut Do-
minus meus veniat ad me:
quis enim ego sum Domine?

eȝ quis tu tu candor lucis aeter-
næ infinita puritas, ego putre-
do eȝ summa Fœtidas tu im-
mensa Majestas, ego vermis
eȝ canis. Ergo ne parum est
tibi semel in stabulo pro me
natum esse, quia iterum ho-
die ad hoc sterquilinium cor-
dis mei intrare desideras.
O Domine exi a me quia
homo peccator sum. non est

bonum hunc panem Filiorū
mihi cani putrido dare non
expedit hanc redemptionis
nostræ gemmam prætiosissi-
mam ante porcum proycere.

Actus Spei.

At Scio Domine quia eti-
am catelli edunt de mensis do-
minorum suorum scio quia
debiles & claudos ad Cænam
tuam invitasti quia cum pec-

catoribus manducasti quia
Filium prodigum ad te redu-
cem vitulo saginato tractasti.
Audio etiam ex hoc sacramen-
to illam suavissimam vocem
tuam, venite ad me omnes
qui laboratis & onerati estis
& ego reficiam vos. Accedo er-
go ad te fretus bonitate tua
& clementia infinita. Cum
publicanis & peccatoribus

venio cum filio prodigo, D
Pater benignissime, fac me
sicut unum de mercenarijs
tuis qui in domo tua abun-
dant panibus, ego enim fame
pereo: Ecce infirmus sum ad
te ergo Medicum venio, im-
mundus sum ac sitiens ergo
ad te curro fontem omnis
puritatis. Frigidus ac tepi-
dus sum ergo ad te prospero

o ignis qui semper ardes & nunquam extengueris ut amore tuo accendar & consumar tenebrosus sum ergo ad te festino, ut illuminer: a te o lux mundi, o lux justiciæ. Viator sum errans in via ad patriam, ergo ad te confugio qui es dux via veritas & vita.

Invocatio Sanctorum.

Pretiosissima Mater Dei

vos q omnes beati Cælites, in=
vitate quæso hunc regem ves=
trum ad tugurriolum cordis
mei preparate illud tanto D
hospiti emundate exornate
vestris meritis virtutibus D
affectibus ornate illud vestra
castitate, o Sanctæ Virgines
vestra humilitate Confesso=
res, vestra patientia Marty=
res. vestra charitate Aposto=

li, vestra Fide Patriarchæ & Prophetæ, vestra devotione Angeli & Archangeli Tu vero Mater misericordiæ depone ex ulnis tuis virgineis hunc Filium tuum in sinum cordis mei sicut illum in duro præsepio reclinasti simulq; concede mihi illos affectus amoris quibus solebas eum plecti stringere osculari.

Desiderium & Invocatio Christi.

Quis mihi det o dulcissime Jesu sugentem ubera Matris tuæ ut amplectar te & deosculer Pater æterne qui sic dilexisti mundum ut ei unigenitum filium tuum dares da mihi nunc eundem. Fili unigenite Dei qui de sinu Patris ad terram descendisti

Domine ad cor meum. Spi=
ritus S. Deus qui Beatam
Virginem Mariam dignum
habitaculum Filio Dei Se=
cisti effice in me quoq hospi=
tium Filio Dei. Desidero=
te millies mi Jesu quando
venies me lætum facies qui
mihi est in Cœlo præter te
quid volo in terra Deus
cordis mei & pars mea

Deus in æternum: quem ad=
modum desiderat cervus ad
fontes aquarum, ita anima
mea ad te Deus paratum
cor meum: veni Domine, &
noli tardare. Veni dulcedo
mea, veni requies mea, sa=
lus animæ meæ, vita mea,
Deus meus & omnia.



Post Communionem Salutatio Christi, & adoratio.

Desideratissime hospes animæ meæ procumbo ad pedes tuos cum Magdalena, teq; supplex saluto in corde meo.

Actus Amoris.

Jesu dulcis hospes animæ meæ te super omnes divitias

honores & super omnia bona
creata æstimo & amo pure &
propter te & bonitatem tuam
infinitam. Æstimo autem te
& amo quantum est ex me
intensive, summe appretia-
tive Seraphiæ Mariane &
Theandriæ modis possibi-
libus mihi gratissimis tibi
debitis te dignis amplector
pedes tuos pro salute mea

clavis transfixos, exosculor manus vulneratas, exosculor latus sacratissimum lancea perforatum, amplector & osculor caput spinis coronatum, & omnia ac singula vulnera quæ pro nostra redemptione pati voluisti. Amplector & osculor te affectu Beatissimæ Virginis Matris. Affectu S. Josephi Beati Aloysij

& omnium electorum tuorū[m]
sive comprehensorum. O quis
mihi det illorum corda & af-
fectus? ad te mi Jesu diligen-
dum? Gaudeo quod ab illis
amaris perfecte eorumque
affectus sive iam elicitos sive
tota æternitate eliciendos tibi
nunc offero una cum illo affec-
tu quo te SS.[ma] Trinitas amat
Sancti patroni mei amate

in corde meo laudate & magnificate mecum hunc Dominum meum & exaltemus nomen ejus in id ipsum.

Gratiarum Actio.

Liberalissime Domine quomodo tam copiose super me indignissimum effundis beneficia tua quid tibi in me placuit quod ab æterno de me cogitasti meq; charitate

perpetua dilexisti & ut spero
ad gloriam æternam prædesti-
nasti, quid pro meru, quod me
in tempore ex nihilo creasti, re-
lictis in abysso nihili infinitis
creaturis melioribus: quod
me tibi semper rebellem hu=
cusque conservas & in sinu
tuo portas? quid dignum in
conspectu tuo egi quod pro
me servo tuo redimendo, in-

carnari nasci laborare pati
ac mori voluisti quod mihi
reliquisti infinita merita tua,
doctrinam exempla sacramen-
ta, quod me toties non lacte
ut Mater Filium sed corpore
& sanguine tuo reficis, & nunc
etiam refecisti: quod denique
me tot gratijs habitualibus
ornasti, tot gratijs actualibus
prævenisti. Agnosco & am-

plector viscera pietatis tuæ
quibus me diligis, Agnoco
misericordes oculos quibus
respexisti super canem mor-
tuum similem mihi, atq pro
hac liberalitate, ac pro omni-
bus & singulis beneficijs præ-
sertim pro isto ad me hodier-
no descensu tibi gratias ago
in unione omnium affectuum
quibus te laudant sancti tui

in Cœlo. Benedic anima mea Domino & omnia quæ intra me sunt nominis ejus, benedicam Dominum in omni tempore semper laus ejus in ore meo.

Oblatio Sui.

Sed quid retribuam Domino pro omnibus quæ tribuit mihi nihil habeo Domine? nisi ista æra minuta corpus

& animam nisi me ipsum, &
quidem iam tot titulis tibi de-
bitum me ipsum ergo tibi in
sacrificium trado & offero. Sus-
cipe Domine intellectum me-
um & memoriam ut de te prop-
ter te cogitem suscipe volun-
tatem, ut id velim quod tu
vis, id nolim quod tu nolis,
suscipe cor meum ut te solū.
amet. Suscipe denig omnes

animæ meæ, & corporis po=
tentias, ac vires ut in omnibus
suis operationibus ad solam
nominis tui gloriam tendant.

Petitio.

Domine non dimittam te
donec benedixeris mihi, be=
nedic quæso sicut vis scis &
potes cordi meo ut te diligat,
benedic omnibus animæ meæ
facultatibus, ne te unquam

offendant. Da mihi veniam
peccatorum meorum profec-
tum in virtute præsertim
N. N. da usum salutarem
hujus Sacramenti Sortitu-
dine cibi hujus coram te
ambulem perfecte donec ad
te perveniam. O Deus meus
unicum ac summum bonum
meum.

Ad Beatissimam Virginem.

Ad te etiam supplex accedo Virgo Mater Dei ac Domina mea ago tibi gratias quod hunc Filium Dei Dominum meum quem ego nunc in sacramento suscepi, in uterum tuum suscepisti quod ei sanguinem tuum purissimum ad formandum hoc corpus

suppeditasti quod illum pro
hoc usu meo nutrivisti & e-
ducasti beata viscera tua q̃
portaverunt hunc Aterni
Patris Filium & Beata
Ubera quæ lactaverunt
Christum Dominum tu
illum in me amplectere tu
illi canta in corde meo il-
lud tuum in corde meo, il-
lud tuum magnificat quo

S.S.m Trinitatem delectasti, tu
mihi concede illos tuos affec-
tus amoris quibus eundem,
sive in utero sive in ulnis
tuis prosecuta es ac demum
impetra quæso mihi ab illo
vel Minimam donorum &
Gratiarum quas ipse tibi pro
hospitio rependit.

Ascensiones Piæ mentis.

Ad Deum Patrem Deum æternitatis orbita & centrum Augustissimæ Trinitatis, personale principium auctore & conservator eorum, quæ sunt, atque indefinita potestas eorum, quæ non sunt, initium & finis rationalis creaturæ; Primo &

novissime, a quo tanquam
a termino omnia procedunt,
& in quo tanquam ad termi-
num omnia desinunt. cui
non occidunt tempora, nec
est ulla vicissitudinis obum-
bratio: tu me omnipotens,
& clementissime Pater, ex
quando non eram, gratuita
dignatione fecisti ut essem,
non apparentemoculo pro-

videntiæ aspexisti non exis=
tentem produxisti, ex informi
nihilo ad splendidam simi=
litudinem imaginis æternæ
effformasti ratione: ut te con=
templando cognoscerem illu=
trasti voluntate: ut te appe=
tendo diligerem insignivisti,
memoria ut beneficiorum
tuorum recordarer; lingua
& voce, ut te jugiter lauda=

rem instruxisti. Non est quid-
quam benignissime plasma-
tor in omnibus facultatibus
meis quod non a Divina li-
beralitate tua acceperim non
est quod non gratis possi-
deam.' Quid quid sum ha-
beo, & possum id totum a
te collatum tibi largiori &
conservatori meo debeo. O
utinam tua beneficia ut par

est recognoscerem? delec=
tabilem pulchra dilectione
amarem? Te Deum Deorū
in Syon convenienter lauda=
rem colerem, glorificarem
non te indulgentissime Pa=
ter pœniteret me hominem
fecisse, non te pigeret Abj=
sum nihili sic exaltasse &
paulo minorem Angelis fe=
cisse? nunc fateor & doleo,

quod velle quidem quod
debeo adiacet mihi, perficere
autem non inveni O! me mi-
serum! sentio duram mem-
brorum legem, repugnan-
tem legi mentis meæ ut non
quod volo bonum, sed quod
nolo malum infelix faciam!
Terrenæ ascensiones can-
dorem lucis æternæ interci-
piunt mihi & sæculi solli-

citudines voluptatesq. a cura
& charitate æternorum ani-
mum avertunt. Hau? mihi
quis me liberabit a corpo-
re mortis hujus nisi tu in-
creata bonitas cor mundu[m]
creaveris in me & spiritum
rectum innoves in visceribus
meis. Scio o custos hominu[m]
Deus meus, me per me tan-
quam ex me in genere meren-

di non posse quid quam,
sed ad bene agendum indi-
gere auxilio de sursum cum
bona opera mortalium sint
dona gratiæ tuæ, da igitur
gratiosissime Domine, ut
cognoscendo voluntatem
tuam, eaquæ tibi placent fa-
cere possim & da rursus, ut
eaque possum & tibi pla-
cent volens Iubensque

faciam fac ut quemadmo-
dum beneficio creationis tuæ
vocatus sum sine meritis
meis ad vitam hanc tempora-
lem, ita beneficio largitionis
tuæ ad merita perveniens vi-
tam consequar æternam. non
vis utique Domine mortem
peccatorum sed ut conver-
tantur & vivát.ur memento pro-
pitiæ promissionis, ut jus-

tificeris in sermonibus tuis, et
da Pater luminum me ita
converti, ut tibi unice vivam
ita vivere ut ad te finem me-
um unice convertar. Amen.

Oraison
dans l'adversité.

Mon Dieu ayez pitié de moi, Mon Seigneur pardonnés à ce miserable pécheur, qui fait des choses sans raison & qui souffre beaucoup de maux avec justice, qui péche tous les jours & qui tous les jours sent de nouveaux coups de verge.

Si je pese mes crimes, je trou-
ve mes peines legeres. Vous
êtes juste mon Dieu & vos
jugements sont equitables,
vos arrêts sont exempts de
passions & vos conseils
sans malice, d'autant que
vous ne nous chatiés pas sans
équité, ni y sans moderation.
Tout puissant & Miseri-
cordieux Seigneur, qui

nous avés tiré de rien par
vôtre pouvoir, lorsque nous
n'étions pas & du péché par
vôtre Clémence y étant enga-
gé. Je sais que nôtre vie s'est
conduite non pas par le ha-
zard, mais que vôtre provi-
dence la regle avec conseil,
d'où il est certain que vous
avés soins de toutes choses,
mais particulierement de

ceux qui ne vous ont pas a-
bandonné pour leur Fortune.
Je conjure vôtre bonté mon
Dieu, Seigneur & Redemp-
teur, de me traiter non pas
comme mes péchés pourroient
l'exiger de vôtre justice, mais
comme je l'attens de vôtre
misericorde, plus grande
même que tous les crimes
du monde. Mon Seigneur,

lorsque vous me frapperés
de vôtre verge, alors donnés
moy la patience au dedans,
afin que ma bouche forme
plûtôt des louanges, que des
plaintes. Ayés pitié de moi,
faites moy misericorde &
me gracieusé de vôtre secou
comme vous verrés qu'il
m'est necessaire pour le corps
& pour l'ame; Car vous sa=

vés tout, vous pouvés tout,
vous qui vivés aux siecles
& pour toûjours à l'infinie.

Priere Universelle, pour tout ce qui regarde le salut.

Mon Dieu je crois en vous,
mais Fortifiés ma Foy. Jes-
pere en vous mais assurez
mon esperance. Je vous aime

mais redoublés mon amour.
Je me repens d'avoir pechés,
augmentés mon repentir. Je
vous adore comme mon pre-
mier principe. Je vous desire,
comme ma derniere fin. Je
vous remercie, comme mon
Bienfacteur perpetuel, et
vous invoque comme mon
souverain defenseur. Mon
Dieu, daignés me regler

par vôtre sagesse, me conte-
nir par vôtre justice, me con-
soler par vôtre misericorde,
me conduire par vôtre provi-
dence & me proteger par vô.
puissance. Je vous consa-
cre toutes mes affections, mes
pensées, mes paroles, mes ac-
tions & mes souffrances, O
afin-que desormais je n'ai-
me que vous, je ne pense

qu'à vous, je ne parle que de
vous, je n'agisse que selon vous
& que je souffre tout pour vô.
Seigneur. Je veux ce que vous
voulés, parceque vous le vou-
lés. Je vous prie d'éclairer mon
entendement, d'embraser ma
volonté, de purifier mes sens,
& de sanctifier mon ame & mon
corps. Mon Dieu, ani-
més-moi à expier mes offen-

ses passées, à surmonter les
dangers presents, à m'armer
contre les tentations futures,
à corriger les passions qui
dominent sur moi & prati-
quer les vertus qui me con-
viennent. Remplissés mon
coeur de reconnoissance pour
vos bontés, d'aversion pour
mes défauts, d'un zéle chari-
table pour le salut de mon

prochain & du mépris pour
le monde. Qu'il me souvieñe
Seigneur, d'être soumis à
mes Superieurs, charitable
à mes inferieurs, Fidelle &
sincere à mes amis, indulg.t
& bien-Faisant à mes ennemis.
Venés à mon secours, pour
vaincre l'orgueil par l'hu=
milité: la volupté par la mor=
tification: l'avarice par l'au-

mône : la colere, par la dou=
ceur & la tiedeur par la devo=
tion. Mon Dieu rendés-
moi prudent dans les entre=
prises, courageux dans les
dangers, patient dans les tra=
verses & humble dans les
bons succés. Ne me laissés
jamais oublier de joindre
l'attention à mes prieres, la
temperance à mes repas, l'ex=

actitude à mes emplois & la
constance à mes bonnes reso-
lutions. Seigneur inspirés-moi
le soin d'avoir toûjours une
conscience droite, un exterieur
modeste, une conversation
edifiante & une conduite re-
guliere, que je m'applique
sans cesse à dompter la natu-
re, à suivre la grace, à gar-
der la Foy & à meriter le

salut. Mon Dieu decouvrés moy qui est le neant de la terre, la grandeur du Ciel, la brieveté du tems & la longueur de l'eternité. Faites que je me prepare à la mort, que je craigne vôtre jugem.t, que j'evite l'Enfer & que j'obtienne le Paradis, par les merites de Nôtre Seig.r Jesus-Christ.

Oraison pour obtenir une bonne mort.

O Mon Seigneur Jesus-Christ Fils de Dieu vivant crucifié pour l'amour que vous avés porté pour les hommes, je vous conjure en mémoire de vos Saintes plaies de laver & nétoyer toutes les taches de mon ame & me

garder aujourd'hui & tous
les jours de ma vie de tout
peché tant mortel que veni-
el, de contagion, tentation,
infamie & scandale, de tout
danger preservés moi mon
doux Jesus aujourd'huy
d'une mort subite & inopi-
née. Gardés-moi Dieu
tout puissant des Flãmes
éternelles & de ce Feu intol-

lerable du Purgatoire. o Dieu
infiniment bon, donnés-moy
un droit sentiment, de fuir &
d'eviter tout ce qui vous est
contraire, de telle sorte que
je ne sois jamais privé de
vôtre gloire. Dieu Benin,
Dieu de clemence & de bonté,
dont la misericorde est au-
dessus de toutes oeuvres, en
consideration de vos saintes

playes & a cause de vôtre
mort trés douloureuse, doñés
moi une bonne & Sainte
mort, Faites-moi la grace
de me laisser mourir de la
mort des justes, & que je n'ex-
pire point sans vous plaire,
afin qu'ayant reçû vôtre pre-
cieux corps & sang, muni du
Saint Sacrement d'Extreme-
onction, plein de bons senti-

mens, ayant une vraye foy,
ferme esperance, parfaite cha-
rité, j'arrive jusqu'à vous, as-
suré & rejoui & que je trouve
devant vous, la grace & la
gloire eternelle.


Oraison.

à Nôtre Dame pour la paix.

Je vous salüe trés Auguste
Reïne de paix, trés Sainte
Mere de Dieu, & vous prie

par le coeur de Jesus-Christ
vôtre Fils, Prince de paix, ~
d'appaiser son ire & de nous
obtenir la paix tant & toujours
desirée. Souvenés vous trés pi-
toyable Vierge qu'il n'a jamais
été dit, n'y oüi que personne ait
été delaissée, qui en son afflicti-
on à eü recours à vôtre aide.
En cette confiance, je m'adresse
à vous O Sainte Mere, re-

ceves mes prieres & exaucés mes
voeux.



ARCHIWUM X. SAPIEHÓW

Actus

præcipuarum virtutū.

Adoro te sanctissima
Trinitas, Pater, & Filius &
Spiritus Sanctus, tres per-
sonæ, unus, & solus Deus.
Dejcio me in abyssum
mei nihili sub conspectu
Divinæ Majestatis tuæ.
Credo firmissime, para-
tus mille vitas profundere

in contestationem, omnium
eorum, quæ nobis in sacra
scriptura revelasti, & per
Ecclesiam tuam credenda
proposuisti.

Omnem spem meam in
te colloco, & quidquid pos-
sum habere boni, sive spi-
ritualis, sive corporalis, &
in hac, & in altera vita, id
totum desidero, spero, &

volo solum consequi de tua manu, Deus meus, vita mea, & unica spes mea.

Consigno tibi hodie, & in perpetuum, corpus & animam meam, omnes potentias meas, memoriam, intellectum, voluntatem, & omnes sensus meos.

Protestor me non consentire, neque consensurum

unquam, quantum in me est,
in ullam rem, qua fiat vel
cum minima offensa tuæ
Divinæ Majestatis.

Propono firmissime im-
pendere omne esse meum,
facultates, & vires meas, ad
servitium, & gloriam tuam.

Paratus sum suscipere, o
quascunque adversitates
mihi Paterna tua manus im-

miserit

Vellem me totum, quantus sum impendere, & procurare, ut ab omnibus tibi serviatur, atque omnes homines te glorificent, & ament Deum creatorem suum.

Gaudeo summe de tua æterna Felicitate, & exulto de tua tam magna gloria, in Cælo, & in terra.

Gratias tibi ago infinitas
pro innumeris beneficijs, quæ
mihi, & toti mundo collata sunt
& in dies incessanter, a benignis-
sima providentia conferuntur.
Amo tuam infinitam boni-
tatem propter seipsam, ex toto
affectu cordis, & animæ meæ,
& vellem, si possem, amare eo
amore, quo te amant Angeli, &
homines justi, cum quorum D

amore conjungo imperfectissi-
mum amorem meum.
Offero Divinæ Majestati
tuæ, in unione meritorum pas-
sionis, vitæ, & mortis Christi,
beatissimæ semper Virginis
& omnium sanctorum, ex
nunc, pro semper, omnia ope-
ra mea pretiosissime sanguini
Jesu Redemptoris nostri, so-
lota, & in voluta.

Statuo omnino, participem me
facere, quantum possibile est
indulgentiarum per actiones hu-
jus diei, & illas applicare per-
modum suffragii, pro anima-
bus purgatory.

Volo etiam omne illud, quod
possum offerẽ in pœnitentiam,
& satisfactionem meorum pec-
catorum.

Deus meus, cum tu sis in-

Finite dignus omni amore & servitio; siquidem tu es, qui es: doleo quantum possum maxime de omnibus meis peccatis, illaque detestor supra omnia alia mala: Peto humillime veniam, Facioque firmissimum propositum nunquam offendendi tuam bonitatem in aternum.

In tua vulnera me projicio.

o Jesu? ibi me absconde, & defende, hodie, & semper, donec mihi largiaris gratiam videndi tui, & amandi in æternum, Amen.

Exercice Spirituel pour obtenir de Dieu la grace de bien vivre & de bien mourir.

Je vous adore, Trinité Sainte, Pere, Fils & Saint Esprit, un seul Dieu en trois personnes.

Je me jette dans le profond abime de mon neant en presence de vôtre Divine

& Suprême Majesté.

Je crois fermement tout ce que vous avés revelé dans la Sainte Ecriture, & tout ce que vous avés commandé de croire par vôtre Sainte Eglise.

Je suis prêt à donner mille vies si je les avois pour defendre ces verités.

Je mets toute mon espe-

rance en vous, & tout ce que
je puis avoir de bien tant
pour le corps, que pour l'ame
en cette vie, & en l'autre, je
le desire, je l'espere, & je le
veux uniquement recevoir
de vôtre main, mon Dieu, ma
vie & ma seule esperance.

Je vous consacre dés aujour-
d'hui, & à jamais, mon corps,
& mon ame, toutes les forces

de mon esprit, ma memoire, ⁊
mon entendement, ma volonté
⁊ tous mes sens.

. Je proteste, que je ne consens
pas, ⁊ ne consentirai jamais,
autant qu'il me sera possible,
à faire aucune chose, qui ⁊
puisse vous offenser.

Je propose très fermement
d'emploier tout mon être, les
puissances de mon ame, ⁊

les forces de mon corps,
pour vous servir, & pour
augmenter vôtre gloire.

Je me soûmets à accepter
de vos mains paternelles tou-
tes les adversités qu'il vous
plaira de m'envoier, pour con-
tenter vôtre sainte volonté,
& pour être l'objet de vôtre
Divine complaisance.

Je souhaiterois de pouvoir

me sacrifier entierement pour
vous gagner le coeur & l'afec-
tion de tout le monde, afin
qu'un chacun vous glorifiat,
& vous aimat comme son
Dieu, & son Createur.

Je me rejouis du fond de
mon ame de vôtre felicité
éternelle, & je tressailles de joïe
à la vue de cette grande gloire
dont vous jouïsses dans le

Ciel & sur la terre.

Je vous rends des graces infinies pour tous les biens-faits dont vous avés bien voulu me combler, & que vôtre Divine Providence ne cesse de répandre journellement sur moi, & sur toutes vos creatures.

J'aime vôtre bonté infinie pour elle-même avec toute la tendresse de mon coeur, & de

mon ame, & s'il étoit possible je voudrois l'aimer de la même ardeur qu'elle est aimée des Anges, & des bienheureux, à l'amour desquels j'unis mon amour très-imparfait.

J'offre à vôtre Divine Majesté, en l'union des merites de la passion, de la vie & de la mort, de Jesus-Christ, de la très Sainte Vierge, &

de tous les Saints, apresent & pour toujours, toutes mes oeuvres purifiées & arosées du très precieux sang de nôtre Redempteur Jesus-Christ.

J'ai aussi l'intention de gagner toutes les indulgences que je pourrai par les actions de ce jour, & je les applique par maniere de suffrage aux ames du purgatoire.

Je veux aussi offrir tout ce que je pourrai en penitence, & en satisfaction pour mes pechés.

Mon Dieu, puisque vous êtes infiniment digne de tout amour & de tout service, étant celui qui est, je me repens avec toute la sincerité possible de tous mes pechés, & je les déteste plus que tous les

autres maux.

Je vous en demande très-humblement pardon, & je fais un très ferme propos de ne jamais plus offenser vôtre Divine Majesté

Je me jettes dans vos saintes plaies, ô Divin Jesus, faites qu'elles soient pour moi un lieu de refuge & de sureté, aujourd'hui & tou-

jours, jusqu'à ce que vous
m'acordiés la grace de vous
voir & de vous aimer pen=
dant toute l'Eternité Ainsi
soit-il.



Ce livre de prieres Manuscrit a été donné par la Princesse Théophile Sapieha née princesse Jablonowska qui l'a écrit elle même pour son pere le Prince Palatin de Novogrôd.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.